

grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus, Qui beatissimum confessórem tuum Benedíctum, ducem et magístrum cælitus edóctum, innumerábili multítudini filiórúm statuísti. Quem et ómnium justórum spírítu replétum, et extra se raptum, lúminis tui splendóre collustrásti. Ut in ipsa luce visiónis íntimæ, mentis laxáto sinu, quam angústa essent ómnia inferióra deprehénderet. Per Christum Dóminum nostrum. Quaprópter profúsis gáudiis totus in orbe terrárum monachórum cœtus exsúltat. Sed et supérnæ virtútes atque angélicæ potestátes hymnum glóriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes: Sanctus, Sanctus, Sanctus. . . .

Communion: Ecclus. 44: 25–26

Benedictiónem ómnium géntium dedit illi Dóminus, et testaméntum confirmávit super caput ejus: agnóvit eum in benedictiónibus suis, et conservávit illi misericórdiam suam.

Postcommunion

Divíni Sacraménti pasti delíciis, te, Dómine, benedictiónum fons et orígo, súpplīces exorámus; ut per intercessiónem beatíssimi Patris nostri Benedícti, benedictiónis tuæ grátiam consequámur. Per Dóminum. . . .

times and in all places give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty who didst set the most blessed Confessor Benedict to be a leader and a heavenly master to an innumerable multitude of sons. Whom also, filled with the spirit of all the just and rapt out of himself, Thou didst illumine with the splendour of thy light, so that, in the very light of heavenly vision, his soul being set free from all hindrance might learn how mean are all things here below. Through Christ our Lord. Therefore the entire company of monks rejoices with shouting gladness all the world over; and also the heavenly hosts and the angelic powers join in singing the hymn of thy glory, saying again and again: Holy, Holy, Holy. . . .

The Lord gave him the blessing of all nations, and confirmed his covenant on his head: he acknowledged him in his blessings, and preserved for him his mercy.

Fed with the delights of the divine sacrament, we address our supplications to Thee, O Lord, the source and origin of all blessings, that by the intercession of our most holy Father Benedict, we may receive the grace of thy blessing. Through our Lord. . . .



Proper Prayers of the Mass for the Solemnity of Saint Benedict according to the 1962 monastic usage

Introit: Gen. 2: 2

Fáciam te in gentem magnam, et benedícám tibi, et magnificábo nomen tuum, erisque benedíctus. *Ps. 102: 1.* Bénedic ánima mea, Dómino: et ómnia quæ intra me sunt nómini sancto ejus. *V. Glória Patri.*

I will make of thee a great nation, and I will bless thee, and magnify thy name: and thou shalt be blessed. *Ps.* Bless the Lord, O my soul, and let all that is within me bless his holy name. *V. Glory be.*

Collect

Deus, qui beatíssimum Confessórem tuum Benedíctum, ómnium justórum spírítu replére dignátus es: concéde nobis fámulis tuis, ejus Solemnitátem celebrántibus; ut ejúsdem spírítu repléti, quod, te donánte, promísimus, fidéliter adimpleámus. Per Dóminum. . . .

O God, who wouldst fill thy most blessed Confessor Benedict with the spirit of all the righteous: grant unto us thy servants who celebrate his solemnity, that filled with his spirit, we may faithfully accomplish by thy assistance, that which we have promised. Through our Lord. . . .

Epistle: Ecclus. 48: 1–12, 49: 1–2.

Léctio libri Sapiéntiæ. Et surréxit quasi ignis, et verbum ipsíus quasi fácula ardébat. Et quis potest sic similiter gloriári tibi? Qui sustulísti mórtuum ab ínferis de sorte mortis, in verbo Dómini Dei, qui audis in Sina judícium, et ungis reges ad pæniténtiam, et prophétas facis successóres post te. Qui scriptus es in judíciis téporum leníre iracúndiam Dómini, conciliáre cor patris ad filium, et restituere tribus Jacob. Beáti sunt qui te vidérunt, et in amicítia tua

A Lesson from the Book of Wisdom. And he stood up as a fire and his word burnt like a torch. And who can glory like to thee? Who raisedst up a dead man from below, from the lot of death by the word of the Lord God; who heardest judgment in Sina, and anointedst kings to penance and madest prophets successors after thee. Who art registered in the judgments of times to appease the wrath of the Lord, to reconcile the heart of the father to the

decoráti sunt; nam nos vita vívimus tantum, post mortem autem non erit tale nomen nostrum. Memória enim ejus in compositiōnem odóris facta opus pigmentárii: in omni ore quasi mel indulcábitur ejus memória, et ut música in convívio vini.

Gradual: Psalm 20: 4–5

Dómine, prævenísti eum in benedictiōnibus dulcédinis: posuísti in cápiti ejus corónam de lápide pretióso. *V.* Vitam pétiit a te, et tribuísti ei longitúdinem diérum in sǎculum sǎculi.

Alleluia

Alleluia, alleluia. *V.* Vir Dei Benedíctus ómnium justórum spírítu plenus fuit: ipse intercédat pro cunctis monásticæ professiōnis.

Sequence

Læta dies magni ducis,
Dona ferens novæ lucis,
Hódie recólitur.

Charis datur piæ menti,
Corde sonet in ardénti,
Quidquid foris prómitur.

Hunc per callem oriéntis
Admirémur ascendéntis
Patriárchæ spéciem.

Amplum semen magnæ prolis
Illum fecit instar solis
Abrahæ persímilem.

Corvum cernis ministrántem,
Hinc Elíam latitántem
Specu nosce párvulo.

Elisæus dignoscátur,
Cum secúris revocátur
De torréntis álveo.

Illum Joseph candor morum,
Illum Jacob futurórum

son, and to restore the tribes of Jacob. Blessed are they that saw thee and were honoured with thy friendship; for we live only in our life, but after death our name shall not be such: The memory of him is like the composition of a sweet smell made by the art of a perfumer: his remembrance shall be sweet as honey in every mouth, and as music at a banquet of wine.

O Lord, thou hast prevented him with blessings of sweetness: thou hast set on his head a crown of precious stones. He asked life of thee, and thou hast given him length of days for ever and ever.

Alleluia, alleluia. *V.* The man of God, Benedict, was filled with the spirit of all the just: may he intercede for all of the monastic profession.

Joyful day of our leader, that brings the gift of a new light, we commemorate thee today.

Grace is given the loving soul, may our ardent heart be united to the songs of our lips.

By the radiant way going up to the east, let us admire our Father rising to heaven, equal to the patriarchs.

His innumerable posterity, figure of the sun, made him like to Abraham.

See the crow serving him and recognize hence Elias hiding in a little cave.

Recognize Eliseus, when he bids return the axe from beneath the current.

It is Joseph through his life without stain; it is Jacob bringing future things

Mens effécit cónscia.

Ipse memor suæ gentis,
Nos perdúcat in manéntis.
Semper Christi gáudia.

Amen. Alleluia.

Gospel: Matt. 19:27–29

Sequéntia Sancti Evangélii secúndum Matthæum. In illo témpore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos relíquimus ómnia, et secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secúti estis me, in regeneratiōne, cum séderit Fílius hóminis in sede majestátis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israël. Et omnis, qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut fílios, aut agros, propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam ætérnam possidébit.

Offertory: Psalm 1:3

Tamquam lignum quod plantátum est secus decúrsus aquárum, quod fructum suum dabit in témpore suo: et fólium ejus non défluet, et ómnia quæcúmque fáciat, prosperabúntur.

to mind.

May he be mindful of his people, and may he lead us till we behold with him the eternal joys of Christ.

Amen. Alleluia.

The continuation of the holy Gospel according to St. Matthew. At that time, Peter said to Jesus: Behold we have left all things and have followed Thee: what therefore shall we have? And Jesus said to them: Amen I say to you, that you, who have followed Me, in the regeneration when the Son of man shall sit on the seat of His majesty, you also shall sit on twelve seats, judging the twelve tribes of Israel. And every one that hath left house, or brethren, or sisters, or father, or mother, or wife, or children, or lands, for My name's sake, shall receive an hundredfold and shall possess life everlasting.

Secret

Súscipe, omnípotens Deus, hæc sacra múnera, quæ in beáti Patris nostri Benedícti Abbátis festivitate tibi offérimus; ut sicut illi amórem tuum exímium tribuísti, ita et in nobis ejus patrocínio divínæ caritátis flammæ accéndas. Per Dóminum. . . .

Receive, O almighty God, this sacred oblation, which we offer unto Thee of the festival of our holy Father Benedict the Abbot: so that even as thou didst grant him thy ardent love, so also thou wouldst, through his protection, inflame in us the fire of divine love. Through our Lord. . . .

Preface of St. Benedict

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque

It is truly meet and just, right and availing unto salvation, that we should at all